



Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum

Paoletti, Agostino

Coloniae, 1677

Dominica Duodecima Post Pentecosten. Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones, &c. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum misericordia ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

DOMINICA DUODECIMA POST PENTECOSTEN.

Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, Et Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum misericordia motus, D. Luc. cap. 10.

ARGUMENTUM.

Offenditur quam sine Angeli custodes diligentes vigilantes in nostra custodia, & quam compassione ducantur, ut nobis succurrant in nostris adversariis.

Miseria non compatantur pretio. Tota hæc vita mortalis infortunis plena est. Ubi te putas securum, ibi insidias reperis, & pericula, qua homini imminet, innumera sunt. Experientia id ostendit, & Scriptores hoc manifestant.

fratribus. Quo terrarum loco securitas reperitur? Hic, inquit os aureum, morbi, hic insidia. D. Bon. tiones prematura mortes, calumnia, invidia, perturbaciones, innumerabiles insidia, quidam scilicet, invidiositates, perpetua, siveque succedentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores afferentia. Quocumque vos vertatis, cum Rege Saul doletis, & suspirando dicere debetis, Angustia mihi sunt undique. Sententia namque Thogonis interregibus est: Cunctis rebus inest periculum.

Ed. Fr. Quint. in deli. ital. p. 1. fol. 501.

Quantus vita malis nostra revolvitur. Hinc bella horridis ducta tumultibus. Vastam quod cumulat perpetuus labor. Hinc insidia, rixa, furor, dolus, Humanum exagitant, ac lacerant genus.

a. Cor. 7.

Idcirco Apostolum dixisse credo; foris pugna. intus timores. Quotidie namque persecutiones inter adversarios, prodiciones inter amicos orti videmus: Idcirco Thracas hominis ortum desebant, nec ei mortem invidebant.

F. Belli. Card. in de litis. p. 1. col. 401.

Infantem Thracas lugent, ut matris ab abeo Prodit: hos animos quo quis honore colat? Ast homines in morte beati, laudantque sepultos. Traxit imperium, quo; fera parem suum.

a. Cor. 12.

Et ubi divus Paulus iter agebat, sive in terra, sive in mari, sive in solitudine, sive urbibus, an non miseris, ac infortunis objiciebatur? Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex generibus, periculis ex gētibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis

2. Sed divina providentia Angelos ordinavit, qui nos custodiunt, & ab omnibus periculis, in qua prolabi sive ex nostra fragilitate, sive ex diabolica suggestionem possunt preferant. Id ego servatorem voluisse exprime sub homine Evangelico, & pio Samaritano credo, ille Hierosolymam ad urbem Iericho se conferens, a latronibus invaditur, spoliatur, & vulnere lethali facies, exanguis, & moribundus in terra relinquitur, Incidit in latrones, & spoliatur eum, & plagas impostis abierunt semivivus relicto. O miserum viatorem! an infortunium periculosius ei accedere poterat? sed ejus bono. Samaritanus quidam, hoc est, Angelus custos (quia juxta divum Ambrosium: Samaritanus nomine, & vocabulo custodes significatur, & divum Augustinum: Samaritanus custus interpretatur, venit secus eum, & videns eum misericordia motus est & omnem diligentiam pollicem adhibuit, ut ei succurreret: Et cui non agnoscit.

... O benignum Samaritanum? o custodem a-

... vel natura; num cuilibet homini sit Angelus cus-

PARS PRIMA.

... curam illius egit.

... Metaphysicis, vel discursibus Theologicis...

... Nec etiam dignitatum, eminentiarum, excel-

... Præterea hic fecerit nolo, cur Deus Ange-

B. Thom. conc. 1. de S. Mich. Archang. sol. 406. col. 1. Idem in infer.

Card. Bel- larm in Psal. 90. num. 11. fol. 176. col. 1.

4. S. P. Chrysoctomus ponderat verba illa Jobi: Venerunt filii Dei, ut assisterent coram Do-

... Natura illa Angelica sublimis, & excelsa, sicut à Villa...

S. Matthe cap. 19. D. Ioh. Chrysof. in | Catech. lere.

Itus: Angelorum semper videntur facie parvis mei. Ue omni celeritate, ad nostras necessitates prope- rat, iisque succurrere possit, Vt intelligamus rebis nostris semper vigilantem consu- lere.

Gen. 28.

D. Zenon. ferm. de S. Iose. D. Bruno. in alle. Tilm. Galph. in alle. Tilm. Hiero. ab Olanf.

Sancto Patriarcha Jacob in agro dormi- entis calca in ostento objecta fuit, qua tertia in- nixa supremitate sua caelos tangebatur: Vidit Ja- cob scalam, summus eius calos tangebatur: Et in- super vidit Angelos ascendentes & descendentes. Non tot gradus fuisse illi scalam, quot pondera- tionibus S. Patres illam Scripturam oblectarunt, mihi creditore. D. Zenon: Ascendentes sunt iusti, qui probis moribus per gradus divinum obser- vantia preceptorum, quotidie spiritualibus iume- ris gloria feruntur in caelum. S. Bruno: Quod des- cenderet dicuntur, hoc significat, qui sancti viri in hac vita sine peccato esse non possunt. Galitid. De- scendant dum factores Angelica puritatis, quan- to magis proficiunt, tanto humiliores existunt. O- leant. Vigilat super nos indefessus ille divina pro- videntia oculus mittens, & remittens administra- rios spiritus, qui nos custodiant in omnibus vis no- stris. Chrysof. Vt multum Dei erga nos honorem ostendat, siquidem constituit, ut Angeli nobis supe- riores hoc habeant pro nobis ministerium, propter nos laborent, circa nos cursent, & ut ita dicam nobis inserviant. Et Cajet. in ea nempse scala con- sistens Angeli descendunt ad nos adferendo divina no- bis. Huius opinionio etiam subscibens Doct. mellissus asserit Angelos, qui caelum scandunt, nostras Deo praesentare preces, suas etiam inter- ponendo, ut nobis necessarium subsidium im- petrent; dein vero gratis, & favoribus in no- stram bonum oneratos descendere. Ascendunt igitur Angeli nostras orationes ad Deum ferentes, quibus suas intermiscunt, Dominum deprecantes, ut nos exaudire dignetur: descendunt vero cum a Deo impetrant, qua nobis expediunt, & cum aliis divinis misericordius onusti ad nos ipsos ditandos ve- niunt, donaq; nobis ferentes, & deferentes. Idem S. P. Bernard, considerationis gradus sistit, ut eorum gressus observet, & statim nullum ex his quiescere, vel orari, sed continuo quemlibet moveri conspicit, Ascendentes, & descendentes, non quiescunt in terra, non haerent in caelo, non sistant in gradibus scalam, ut demonstrent, se, dum agitur de eorum obsequio impendendo in bo- num nostrum, non quiescere necessitati, quinimò semper occupatos in nostro servitio esse vel- le. Vidit Angeli ascendentes, & descendentes, nul-

D. Ioh. Chrysof. hom. 3. in Epist. ad Hebr. Cajetan.

lum vero eorum stantem aut salentem, sed semper vigilantem in opere salutis nostra.

D. Bern. ser. 19. in Cant.

6. Ad specialia descendamus, nec opus me- ricordiae miserum visitando incartecatum, di- vum nempe Petrum exerceat dignemini: Eum dormisse facit Scriptor recenset; Erat Petrus dormiens inter duos milites, vinculis catenis duabus; Dormiens? Petrus dormit? ante tempus est somno indulgendi, dum omni momento licitor expe- ctatur, & qui carcerem referet, & Petrum eme- dio tollat sanctus Senex, ac si in lecto, vel pro- pria domo quiesceret, sine cura quiescit. An dormit, quia somnus est forsitan imago mortis il- lius, qua paulo post caecandus erat? sane Ni- magnum mihi hoc videtur, quod aliquis inter ipsas excubias catenis vinculis, tyranni- potestati consignatus absque anxietate cubet; in histoiis Philippum Macedonum Regem, dum cum exercitu in campo degeret, quadam nocte cum dimicandum esset, illi in utranque a- trem in tentorio dormisse legitur, & cum ho- stis tubarum fragore equos animaret, & tyran- norum boarum animi excitarentur, Philippus li- brito expegefactus, & de hostium adventu ad- monitus fuit. Philippus morabatur, & iungens ad se excitantes dixit: parcat vobis Deus, ego quieta mente, & animo dormiebam, qua Anti- pater pro me vigilabat, Tute dormiebam, nam pro me vigilabat Antipater. Idem ergo à Dito Petro responsum credo, ne miremini, quod ego sine timore dormiam; Tute dormiebam. Mens Antipater, hoc est, Angelus cultos mihi vigilat. Nam pro me vigilabat Angelus. Dicit id S. Pat. D. Bern. Nec admiror, si animi ad ventero, quod Ange- lum Dei sibi mittendum Petrus exspectat. Nec eius spes vana fuit. Nunc scio vero quia misit Dominus Angelum suum, & liberavit me de manu He- rodis.

D. Bern. ibid.

7. Angelus ergo diligens in capiendo divum Petrum e carcere, & liberando a periculo mor- tis fuit: Curam illius egit. Sacre textus in evo- gressu e carcere, Angelum ejus comitem fuisse ulque ad certam quandam plateam narrat, Pra- cessit vicum unum; dein ei valedicens monuit, ut eo loco se reciperet, ille ad domum petronae sibi nota perrexit Venit ad domum Mariae mar- tis Joannis, qui cognominatus est Marcus, ad illam venit, pullat, & quaedam ancilla Rhodis feo- strae se inclinat, quae Petri voce agnita, dome- sticis Petrum ad januam esse, & somitri velle nuntiat, Et ut cognovit vocem Petri, praegaudens non aperuit januam, sed introcurrem nuntiarum.

Verum cum omnes
 scirent, cum iussu Herodis in vincula actum fuisset, hanc praebere soluerunt. In d. ancillam quae
 Herodis vacuam perlinxerunt: *Inanis*, illa nihil
 habuit rem sic se habere, nec se minimum er-
 rante, sed Petrum adesse replicavit: *Ista autem*
affirmabat sic se habere. Nunc N. audite qua-
 lem conclusionem domestici inter se formant.
 Angelus ejus, inquit, est. Revera debet esse
 Angelus ejus cuius, ego ex quibus praemissis
 hanc conclusionem inferat scite vellem, audi-
 te antecedens: *Petr. servabatur in carcere, vinculis ca-*
tentatus erat. Ita Petrus est in carceribus, vinculis,
& in periculo amittendi: vixit ergo Angelus e-
jus atque consequentia haec est infallibilis, nec ne-
gari potest. Angelum estimant ad domum
illam accedendo aliquam indultiam adhibuisse,
ita ut in carcerato aliquod subsidium obtine-
ret, ut parceret, vel ut aliquod medium inveniret,
quo cum apud Herodem morti surperet.
Mox conceptum faver Patet Fernandez. Unde
verum illi in mentem tunc Angelum esse a tempo-
re illud convehebant, est Petrus in carcere, periculi-
tate, mortem expetit. En antecedens. Nunc
videt consequentiam. Ergo Petri Angelus, ut peri-
culum optinuerat, vinculum liberet, & a mortis
periculo eripiat, vigilat Angelus & circumcur-
rit. O diu genem Angelum? Curam illius
ergo.
 4. Et ut citius nobis succurrere possint, sem-
 per adstant. Salvator id testatur, dum loquens de
 Samaritano. ait: *veni secum*: & Chronolo-
 gus Moyses hoc in Genesi comprobat. Dum
 hinc illuc Patriarcha Abraham ante domum aeternam
 circumspiceret, tres Angeli in specie viatorum
 illi sese obsecerant, *Apparuerunt ei tres viri stan-*
tes prope eum: si apparuerunt erant viatores,
 quare non dicit, quod a longe venerint, sed e-
 rant *prope eum*. Fuerunt Angeli, quomo-
 do poterant longe distare ab Abrahamo: *Prope*
prope eum. Angelus semper homini adest, *Venit*
prope eum, ut in qualicumque necessitate ipsi as-
 sistere possit: *Si tres viri Angeli fuerunt, vestigi-*
um non dicuntur a longe vixi, sed prope Abraham
prope apparuisse, ut cognosceremus Angelos se pra-
esentes aliam loco exhibere cum illis libuerit.
 5. Populus Israeliticus egreditur a dura servi-
 tute Aegypti, & ne in illo deserto aberraret a via,
 Angelus illum praecedebat, ut incolumem cum
 ad locum tutum duceret. Sed facit textus
 nonnulla verba profert, quae difficultatem, &
 obscuritatem ingerunt. *Tolens se*, inquit, *Angelus*
Davidi Dominicali.

Dei, qui praecedebat castra Israel, abis post eos.
 Cur locum mutet scite vellem, an forsitan vias il-
 larum regionum ignorabat? an forsitan praecun-
 do aliquod infortunium timebat? & tamen *ab-*
is post eos, & ut legit Arias Montanus: *Abis a*
tergo eorum. Sed nunquam vidi, vel audivi via-
 ducem alios sequi. Causam huius ex illo, quod
 paulo infra Chronist. Moyses subiungit, adduci
 credo: *Persequente ique Aegyptii ingressi sunt post*
eos. A tergo eos inlequebantur copiae Pharaonis,
 ut eisdem occiderent, & in frustra dilan-
 tant. *Dixit inimicus: persequar, & comprehen-*
dam, diridam spolia, implebitur anima mea, evan-
ginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.
 Angelus ergo, ut repelleret Pharaonem, &
 populum Israeliticum defenderet, a tergo venie-
 bat, ut ipsi quasi securum esset. *Ambulari post*
eos inquit *Oleaster, ut metum Israelitis aufer-*
ret prohibendo accessum Pharaonis ad populum.
 Hinc deducit sanctus Basilus Angelos circa nos
 semper vigilare, ut in omnibus necessitatibus
 nos protegant. *Sic, & Angelus te praemunet a*
fronte, a tergo te custodit, & nihil inest tibi
velinquit.
 10. Daemon Salvatori suadens ut e vertice
 templi se praecipitem daret, dicebat: *Mate te*
deorsum. & Irtian subdit: *Scriptum est enim,*
quia Angelus tuis mandavit de se, ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum. Hic observat Glossa
 Daemon non fuisse prolata haec verba, sed a
 D. Thom. amandandos Angelos, qui ejus curam gerant, ne
 in illa praecipitatione laedatur, vel moriatur, Scio
 Christum non indigere Angelo custode, ideo
 dicit: *Ne forte offendas, &c.* Ac si diceret: *tam*
prompti erant, ut te adjuvant, ut nullam sit pe-
riculum, ne vel in minima parte aliquid patiaris.
 Sic quidam modernus: *Id est, ne malum aliquid,*
vel minimum patiaris. Itaque non modo ex
erunt a nobis Angeli ingentia mala, verum etiam
ea, quae minima sunt. & quae vel tantillum ledere
possunt homines, ne scilicet pes, minima videlicet, &
extrema pars hominum lapide conteratur in via, col. 1.
ne vel minimum male suram patiaris.
 11. Si vera sint, quae hucusque dixi, occasio-
 nem sumo para. Iorum formandi, sed volo ut fa-
 ne intelligatur, cum loquar exaggerative, nec
 intendo praedjudicare pietati nostri Redempto-
 ris, sed excessus eius divinae providentiae cele-
 brando custodiam Anglicam extollere volo. Si
 mihi daretur optio, vel stare sub custodia Chri-
 sti, aut Angeli, resolverem quasi, potius eligere
 X hanc

Exod. c. 14.
 Ar. Mont.
 Olanf. 8.
 D. Basch.
 in Epist.
 D. Matth.
 c. 4.
 Glossa apud
 D. Thom.
 in Car.
 Ioan. Pin.
 com in
 Eccl. c. 23.
 Etb 706.
 n. 1. f. 39.
 col. 1.

Handwritten notes in the right margin, including the word "liarab" and other illegible characters.

hanc, quam illam. Intra Christus hortum oli-
varum & a Discipulis abiit Patrem aeternum ro-
gaturus, & sacri Evangelistae hic cum tanto
maerore oppressum dicunt, ut cor maerore eru-
berans, illum per viscera diffunderet. *Capti te-
dere, pavere, & maestus esse; tristis est anima mea
usque ad mortem. Unde processerit hic timor,
vel maeror scire vellem. Non a morte, nam obla-
tus est quia ipse voluit, & si haec fuisset causa di-
xisset propter mortem, & non usque ad mortem.*
Certum ergo est, hoc non provenisse ab ap-
prehensione mortis. S. Hilarius dicit, Non de eo
orta est, sed de his, quos assumpserat maestitudo.
Non de te, sed propter Apollolos angebatur,
ne se mortuo Daemon aliqua tentatione inno-
ceret. Hinc post primam orationem eos adit,
& dormientes excitat: *Vigilate, & orate ne in-
veniamis tentationem*: Orat secundam vice rever-
tenque ad Apostolos, eos excitat: *Vigilate, &
orate, &c.* Ter orationem reperit, & Angelus ei
adest, qui eum confortat: *Apparuit autem illi
Angelus, de caelo confortans eum.* Sed quale do-
dit ipsi confortativum? scio respondere doctis-
simum Cartesianum: *Confortavit eum, hoc
Cart. ibid. est, verba consolatoria, & confortatoria laude plo-
na loquebatur ad Christum dicendo: O Domine,
tu modo liberatus es totum mundum: hanc ho-
ram, tuamque saluberrimam passionem propheta
praevenit vorunt. & Sancti exspectant in limbo.
Et meus B. Simon a Cassia subjungit, Verba
de resurrectione festina, de gloria post sepulchrum,
de consensione suprema, de subjectione caelestium,
de reversis in infernum, & in his similia.*

D. Hilar.
ser. 31. de
Matth.

D. Luc.
c. 22.

D. Dionys.
Cart. ibid.
Luc. 22.
Luc. 48. f. 261.
B. Simon
de Cassia.
D. lib. 13.
fol. 734.

Sed quis nescit N. remedium infirmitati,
confortativum maerori correspondere? si Chri-
stus angebatur ob Apostolos, ne Daemon illis
noceret, confortativum huic angori quadrare de-
buit, credo ergo Angelum Christo solando di-
xisse, o magne Filii Dei, scio te non aeternum esse, &
anxium ob Discipulos, ne a Diabolo debellen-
tur. Sed laetus, ac promptus vade ad mor-
tem, ego illos defendam, meum erit illos cura-
re, sic disparuit Angelus, & Christus consolatus
redit ad Apostolos, eosque excitatos invenit.
Audite nunc quid illi dicat: *Dormite jam, &
quiescite.* Quomodo? antea bis illi praecipit ut
vigilarent, nunc mandatur dormiant? Ita, antea
timebat, quia erant sub sua custodia, sed post-
quam Angelus suam custodiam obtulit, securus
dormire possunt. *Dormite jam, & quiescite.* Do-
ctissimus Interpretes Christum ad propositum

nostum sic loquentem inducit: *Nonne, & ego
custos vestri eram, impensam tamen angustiam de vo-
stra salute, & sollicitam praecavebam incursu Du-
mozum: at cum videro vos sub Angelis custodiis, nullum
securos reputo. Quid? securitatem de iure Apostoli
sub Angelis custodia, quam sub Christi D. pariter
mo? O exaggerationem! Quid plus potest dici de
vigilantia, & promptitudine Angelorum co-
stodum; Curam illius egit.*

12. Nunc dicendum est de compassione,
quam habent, dum nos vident in adversitatem
lapsos: *Et videns eum misericordiam meam esse,
& vellent omne subsidium terre Divina ius-
titia omnes creaturas viventes delere decrevit,
Noemo praecipit, ut arcam fabricaret, in eamque
omnes species animalium introducat, Noe tra-
dusit quidquid Deus mandavit excusos
est, cum tota familia, & animalibus circumcon-
que speciei arcam intrat, & postea obsecrat Do-
mum arcam clave obsecrare voluit. Et clavis
foris ostium Dominus, vel inclusit eum Dominus
de foris. Sed cur Deus ipsemet huic laborum
subire voluit? an non Angelo hoc committere
potuit? primo possum respondere cum Glos-
sola: *Inclusit eum Dominus de foris, per quod si-
gnificatur, quod nullus perfectionem virtutis impedi-
bit, nec in ea permanens nisi gratia Dei adiuvetur.**

Vel cum Hugone Cardinali: *In hoc non no-
bis Dominus, quod semper est mirus, & iuramentum
suorum. Vetum D. Joannes Chrysolomus opi-
natur, Deum Angelum commisit huic huic
ut mortem ferret, ut clavem teneret. Nisi An-
gelus, dum esset visus hic miseris aliquos na-
tantes in vadis, ibi scandentes abores, hic fa-
gientes supra montes, ibi in clamantes supplicantes
ne submergerentur, fuisset compassione motus,
& tot intromississet, quos arca caperet, il-
lem ergo Angelo committere noluit. Ne, verba
sunt Chrysol. *inclusit eum Dominus de foris
quem introduceret.**

13. Sed ab aquis ad ignem transierat: *Deo
Angeli, ut executores divinae iustitiae essent, ad
civitates Pentapoli eos flammis haustum perre-
xerunt, Venit autem duo Angeli Solimanem visitari.
Cur advenit tam tarde, an non erant Ange-
li: nonne ergo per brevissimum tempus iustitiam
illud iter agere poterant? respondet Ly-
ranus, Abrahamum rogasse, ut Deus gratiam
faceret; quia ergo Angeli compassione mere-
bantur, motas nuxerunt, sperantes Abraha-
mum voti compotem fore, & illos miseris suis
subducendos. Tantum nunc dixerunt, ut eos*

dicitur, *Spargere terram propter precem Abrahæ, quia*
angelus domini exiit ante eum.
 14. Deas ob gravitatem culparum urbi Jeroso-
 lymæ indignatus eam flammis mergere decre-
 vit: Sic prævidit Zacharias oculo prophetico:
Inquitus domus Israel, quæ domus iuda magna est
domus iuda, quæ repleta est terra sanguinibus. Id-
eus Deus Angelus mandavit, ut ignem urbi in-
ijceret. Ingrederis in medio rotarum. Et imple
manuum tuarum puris ignis, et effunde super civita-
tem. Patuit Angelus Deo, & data vocasset ante
oculos deo ait vates ille autem ingressus fuit an-
tem Stetit deus foras, quia iuxta sanctam
Patrem Angustinum, stare adjuvantis est. Com-
paratur urbi, et quæ succurre voluisset ope
trando, ut Deus penam cohiberet. Ideo sub iun-
ctis Zacharias: Et apparuit manus hominis sub
puris eorum. Hæc est mensura nostras esse Ange-
lura, & habere manus hominis. Cur ergo non
dicit: Et apparuit manus Angelus? Angelicum bra-
chium sit manus humana? per quam maxime
Angelica manus exacte divinas vindictas exe-
quutus, unde si coactus fuisset divina obedire vo-
luntate, præ compassionem voluisset manum hu-
manam ut supplicium leniret: Angelica manus
puris est. Et in pavore gravis, id est ut penam ci-
vitati non signum, et le vitem culpam futuram signi-
ficat. hominum manum ostendit
 15. Omittite nolo, qui eandem Scripturam
 alia ponderatione observent. Zacharias dicit
 illam manum, occultatam sub alis: Sub pennis
 manuum. Apud Regem otiosum habere ina-
 nam absconditas in labore, idem est, ac incertæ,
 & involuntariè operari. *Abcondit piger manum*
suam, per hoc voluit demonstrare Angelus,
 tantam se habuisse compassionem erga civita-
 tem, ut nisi divina iustitia obstaret, promptissimè,
 et cæca calligatione, se quodcumque opus ag-
 grediatum: In flagellanda hominibus Angelica
 volentia apparet, plura manus Angelica, quæ ex
 erant, id est apparet sub pennis latens.
 16. Lia erat turpis, & parum gratiosa. Ideo
 vilipendebatur, nec erat, qui illam in uxorem
 cuperet: Tandem per stratagemam Laban Jacob
 cessit: Sed quia erat sterilis venustatibus, Deus
 illum prohibis fecundare voluit, post editum
 ergo in lucem Simeonem; Deo his verbis gra-
 tiarum: *Quoniam audivi me Dominus haberi*
etiam quæ, et sit etiam istum mihi, vocavitque
etiam eius Simeon Dionysius Cathosianus
Lian hanc naturam sterilem, sed ob preces ab

Angelo custode fusas fecundatam respondet.
 Lia dolebat se esse turpem, sed Angelus valde ei
 comparabatur, ut dici possit: *Videns eam mihi*
ricordia motus est. Ue ergo contentaretur, a Deo
ornatum fecunditatis ei imperavit. Forjan
inquit Charchusianus, Angelus ejus oravit pro
eius fecunditate, quæ compassionis contemptui
eius, ejusque aspernatione, quæ aspernabatur, in iustis
coram Deo commemoravit, ut imperaret gratiæ Dei.
 17. Ab Abrahamo Agar cum filio suo luna-
 ele demissa fuit. Discederent ergo non nisi pa-
 ne, & aqua provisi. Verùm aqua in deserto his
 defecit, & sitim intolerabilem Ismaeli reddidit,
 per plures horas necessitate urgente eam petu-
 lit, demum faucibus arefactis gressus movet
 non poterat, imò moribundus se brachis ma-
 tris commisit, quæ, ne videret eum morien-
 tem, sub umbra arboris eum reposuit, & afflicta
 abiit. Mater itaque genuit, & doluit, & filius
 spirabat, & moriebatur. Sed quis in fundo mi-
 seriarum filio agonizanti inter ulas mortis, &
 foemine afflicte suam, & filii vitam desperantis
 solamen præberet vitale? ò Angelum compati-
 entem miseris humanis, afflicta apparuit, eam-
 que bono esse animo iussit: Infans non morie-
 tur, eum leva, & accipe. Vide illum vitulum,
 qui suavi murmure, quasi voce animata te in-
 vitat, ut eum refocilies, & illa aqua vitali eum re-
 cet a Eodem tempore: *Vocavit Angelus Dei A-*
gar dicens: Quid agis in hinc? Surga, tolle puerum,
et matrem eius, & vides puteum aquæ abijt,
et imple vit utrem de hinc, pueri bibere. Hæc super
ve hinc discitur Fernandez. Angelus forma vi-
stibilis apparet, vocat mulierem nomine proprio, et
quærit quid agat, Agar (inquit) surge mulier, re-
vertere ad filium, quem reliquisti moribundum,
tolle ab humore eum languidum, semimortuum
leva, ut vivat, tene manum ejus. Deniq, monstra-
vit Angelus puteum, ac illa jam à priori perturba-
tione recreata, ac timore, oculos huc illuc atollens,
conspicit ea esse puteum. Et Dionysius Cathosius
Omnia ista erant Angeli consolatoria verba. ò
Angelum humanis calamitatibus compati-
entem! ò Samaritanum gratiosum: Videns eum mi-
sericordia motus est.
 18. Hanc primam partem conceptu sancti
 Panthaleonis Diaconi claudere volo. Deus ci-
 men Adami hac pœna flagellavit, ut sudore vul-
 tus sui pasceret pane suo: Adamus hanc senten-
 tiam quo ad sublimitatem quidem intellexit,
 sed non quo ad modum. Hinc eum quidem fa-
 mes torquebat, sed quomodo decietum Dei cre-
 cura.

Dionysius
 Car ap 10.
 Haye in
 Gen c. 10.
 u 33 n. 192

Gen. c. 17;
 Fernan. in
 Gen ubi
 sic 2. §. 12.

Gen. c. 3;
 cura.

enturus victum sibi procurare deberet, non sci-
 vit: Sed Angelus ejus custos, ejus Samaritanus:
 Videns illum misericordiam motus est, & illum ter-
 ram colere, setere, & metere docuit. *Adam*
D. Pan. Diae. ap. in paradiso ejectum fraude Daemonis, Angelus di-
ap. com. 1. vexit: & eum terram legone docuit colere, semina-
scil. 17. re, & metere, us qui ex injuria ei contigerat lapsus,
6. 121. post laboriosam, & Deo gratiam vivendi rationem,
rursus corrigeretur sed quia Angeli sui opportu-
na promptitudine nos consolantur, ego meam
importuna prolixitate vos molestare nolo.
 Quiescamus.

PARS ALTERA.

I. s. Re- 19. Quod homo sit inferior Angelo non est
sig. Alif. dubium. Minus est enim paulo minus ab
To. 9 p. 1. Angelo. Hec sic explicat Remigius Antistiodo-
Bib. vet. rensi. Quantum ad humanam naturam, quia mor-
BP. f. 644. talem fecisti, quia passibilem. Quomodo ergo
 vult divina providentia, ut creatura superior vi-
 gilet, & parata sit ad custodiam, & servitium in-
 ferius: Angeli ad autum Dei habent, & sine
 respectu propriae dignitatis, & excellentiae pa-
 ratissime voluntatem Dei nos custodiendo exe-
 cutur.

Apostolus ad Corinthios scribens sic dixit:
1. Cor. 15. Cum tradiderit regnum Deo Patri, cum evacua-
 verit omnem principatum, potestatem & virtutem,
 Hunc unum est difficultioribus locis Apostoli pu-
 tem. Eum examinemus, Lyranus cum Diony-
 sio Carthusiano, & Doctore Angelico per hos
 principatus. Per 70 eum, quod connotat tempus,
 S. Augustinus judici diem intelligit. Vult ergo
 dicere D. Augustinus juxta expositionem
 Carthusiani. Cum in die iudicii cessare facies De-
 us Angelos ab officio, id est custodiendi homines:
 Sed quid eveniet cum evacuaverit, vel cum san-
 cto Ambrosio si ab solverit, & exinaniverit? An-
 geli erunt annihilati, ego hoc non intelligo,
 cum pro certo sciam, quod sint incorruptibiles,
 & aeterni ab intrinseco. A parte post. Multo mi-
 nus id potest intelligi de gratia in qua fuerunt
 confirmati, & qualem non possunt perdere.

Hinc Doct. Angelicus. In ordinibus Angelo-
 rum duo pensantur, videlicet distinctio, seu gradus
 perfectiorum secundum differentiam naturae, &
 Car. in E. gratiae, & quantum ad hoc, ordines Angelorum
 nunquam cessabunt, quia natura eorum non con-
 sumetur, nec gratia auferetur.
Cor. 15. 1. P. Secundario potest considerari executio offi-
 ciorum, quae imposita sunt, & haec post diem ju-

dicii cessabunt omnia bene, sed quomodo
 tante custodia erunt vera illa verba, *evacuaverit*,
exinaniverit, abolverit: quidam Turanus, qui
 per plures annos officium advocati landabriter
 peregit, cum esset senex a Cajo Caesare depul-
 tus fuit, ut tamen ipsum honoraret, laetitia
 ipsum donavit. Verum tantum dolorem eum
 de haustu, ut domum redens concludere in
 subterraneum, ut in eo velut in sepulchro degeret,
 imò à servis velut mortuus plangi voluit.
 Nil aliud dicere intendit, quam quod dum sibi
 officium fuit ablatum, se defunctum censuerit.
 Hoc credo voluisse dicere sanctum Paulum,
 dum custodia Angelorum in die iudicii exspirabit,
 adeò affligentur, ut si esset mortuus, non
 solum morerentur, sed se annihilatas dederent.
 Hinc ille doctus Hispanus his verbis, qui tanta
 reddo, concludit. Si Angeli essent mortui, non
 vererentur pro dolore, videntes tempus esse obitu-
 rum, quo custodiare homines, si quis benefacere
 sunt. Ex hoc concludere possumus, quod iam
 prompti sint Angeli ad nos custodiendos, etiam
 sint nobis digniores, & nobiliores.

20. Im? gaudeat, quia nos custodiat. Dum
 Tobias filium suum velle amandare ad Medos,
 ut ab Agabelo summam decem argenteorum ta-
 lenti reciperet, voluit ut prius per orbem fieret,
 viae ducem, atque comitem quaereret, sibi pro
 urbem discurrerent Angelus se obtulit, & se fideliter
 eum ex patria duxerunt, & redierunt in
 columem promissit, & dum senex Tobias inter-
 rogaret, De qua tribu aut de qua domo es tui re-
 spondit, Ego sum Azarias Avaniae in quo
 Si eum interrogavit, cujus esset familiae, & tri-
 bus, cui dixit se esse Azarias? hoc nomen Az-
 zarias significat, Auxilium Domini, vel auxiliator,
 dicere voluit. De nulla alia re gloriosius
 quam quod sim à Deo deputatus adjutor ho-
 minum. In hoc sola mea gloriatio consistit. Fe-
 gurato respondeat, ait Comellor, quoniam Azarias
 adjutor interpretatur, quod Angelus conquit, qui
 sunt administratores futuris.

21. Et jure debetur Angelo hic titulus *Levitas*,
 as, vel adjutorium divinum, quia in omni oc-
 casione succurrere, & auxilium nobis praebet
 re studet. Hinc D. Bernardus. Quod non a
 custodiendi, timeamus: nec superari, nec solari, nec
 autem seducere possunt, qui custodiant nos in omni
 vitis officio, fideles sunt, praevidentes sunt, potentes sunt.
 S. Celsarius scribit. Angelos nullum subdito-
 rum omittit, quod pertinet ad salutem animarum
 nostrarum. *Administrant Trinitatem, & nobis, haec quidem,*

erga Deum par est servientes nobis vero praestantia qua ad saluam nostram necessaria certo con-

S. Paulus ait illis nostras preces ad Deum delecte, etque nostra desideria pandere, ac rogantes, ut nos exaudite dignetur. Nemo mortalium...

Jonas Aurelianus perhibet illos nobis in omnino auxilium necessarium praestare: Vbi que...

Caecilius dicit, quod seruiant nobis pro scuto ad omnes infulsus hostiles reprimendos, sicut...

R. Laurentius Iulianus comparat illos excubitoribus urbium, qui ab omni imminente periculo nos defendunt: Quis non ineffabili...

Remigius Episc. Antiochenensis dicit, nos ab illis confortari in nostris miseriis, sicut Salvatore...

S. P. Augustinus affirmat eos pro nobis pugnare contra Demones, & victoriam obtinere, & in omnibus actionibus nostris ab illis nos docere...

Sanctus Panthaleon Diaconus astitit, quod si per divinam misericordiam animae nostrae in purgatorio destinentur, culpas in hac vita committas expiatura, Angelos illas comitari, & illas...

12. Ergo 6 devoti monitionem Divi Bernardi acceperimus, & in omnibus nostris necessitatibus ad Angelum custodem recurremus, quod...

Et sicut Samaritanus speciale egit curam hominis Evangelici a latronibus in terra sermo exanguis relicti, sic non minorem habebit curam Angelus, ut nos in nostris viis custodiat: Curam...

Merito ergo ipsi attribui potest lemma, quod in scuto Mithras, dum in bello ab hostibus fuerat servatus, & a naufragio fuit liberatus, depinxit. Ut ergo vitam servatam scuto tiberet, hoc lemma subscripsit.

Cum premerer quo solo, cum premerer quo solo.

Vel auxilium nunquam desiciens, cum ergo tot beneficia quotidie ab illis recipiamus, vos exhortor, ut quolibet mane, & vesperi hac oratione illos saluteis.

Angelo Dei, qui iustus es mei; me tibi commissum pietate superna, hodie illumina, custodes, reges, & gubernas.



D. Ber. ser. 12. in Psal. Qui habet.

Andr. Alcia. Embl.